Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ac dominum P. plebanum domino N. plebano prefato in
expensis legittimis condempnari quod ex-
ceptionem ut iuri consonam procuratorio quo supra
nomine petit admitti quam se offert in quantum
in facto consistit legittime probaturum Ceterorum
iurium beneficiis eque ac semper sibi salvis etc.

Tenor super quadam pretensa appellatione — Tenor contra commissionem impetratam per
dominum P. plebanum Excipit et excipiendo dicit
procurator et procuratorio nomine discreti viri domini plebani
talis loci quod vos domine d. preteste vigore commissionis
procedere non potestis nec debetis ex eo et
pro eo quia licet prefatus P. pleban pretendit se ap-
pellasse a processibus Reverendi in Christo patris
ac domini domini Iohannis episcopi Pragensis super solucione
quarundam decimarum sibi factarum tamen idem
Iohannes sua appellatione pretensam de qua non constat neque
est infra iuris terminum prosecutus et fatalia sunt
elapsa ut evident ex actis cause et processi-
bus apparet et apparebit quam exceptionem
petit procurator et procuratorio nomine quo supra ad-
mitti ad quam se offert probaturum legittime
in quantum in facto consistit ceterorum iurium benefi-
ciis in omnibus sibi salvis etc.

Tenor 3e Exceptionis — Contra pretensam excepcionem seu citacionem a vobis
domino preposito emanat in qua vos Iudice inter
dominum P. ex una parte et dominum N. ex altera
parte vigore cuiusdam commissionis a sede apostolica
vobis delegate contra discretum virum dominum N.